

August Varenius Johann Krücke

## **Dissertationum Biblicarum In Deuteronomium, Decas IV. ...**

Rostochii: Richelius, 1674

**<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740894633>**

Druck Freier  Zugang



RU theol. 1674

Varenius, Aug./6







Dissertationum Biblicarum  
In  
**DEUTERO-**  
**NOMIUM,**  
**DECAS IV.** 66

*Inde à c. XII. adusq; finem c. XIII.*

Præter Exegetica & in his Critica sacra plurima, ipsius argu-  
menti Mosaici occasione minutius exhibens

controversias, & materias de  
UNICA EADEMq; VERA ET PERFECTA CREDEN-  
DORUM ET AGENDORUM REGULA

LEGIBUS ECCLESIASTICIS

SIGNIS, ET ARGUMENTO MIRACULORUM IN  
CAUSA RELIGIONIS

POENIS HÆRETICORUM IN N. T.

HÆRESI UTRUM PENES LUTHER, AN PAPISTAS?  
JUDICIO CHRYSOSTOMI ANTIPAPISTICO.

Quam

MODERATORE ALTISSIMO

PRÆSIDE

**AUGUSTO VARENIO, D.**

Sereniss. Ducum Mekleburg. Consistorii Directore

& Professore Theologo

Academicæ collationi publicæ submittet

*d. 27. Maij hor. ab 8. matut.*

In Collegio MESOSELENII

**JOHANNES Krüf / Hamburgensis.**

ROSTOCHII

Typis Jacobi Richelij, Anno M, DC. LXXIV.

1674

DEUTERO  
NOMIUM

DECA IV

UNICA FIDEM, VERA ET PERFECTA CREDE  
DORMI ET AGENDORUM REGULA  
REGNI ECCLESIASTICI  
ET ARGUMENTO MIRACULORUM IN  
REBUS NATURALIUM IN M. T.  
HABITUM PENSARE, AN PARITUR  
IUDICIO CHRISTO ANTIPTICO.

LIBRARIAT  
BIBLIOTHEK  
ROSTOCK

AUGUSTO VALENTINO D.

JOHANNES

ROSTOCK

Typ. Joh. Schell, Rostock

(57)  
DECAS IV.

LOCUS I.

*Mensa sacra & communis. Vulgatus notatus.*

*Lutherus laudatus.*

*c. XII. 2. 15.*

§. I.

**P**Ulchrè Lutherus in hoc versu correxit, in quo aberratum à Vulgato (1) illud ככל שערך i. e. *in omnibus portis tuis*, referendo ad voces תזבח ואכלת s. illud θυσιον & φάγε, i. e. *manduca* & *manduca*, non ad voces, *benedicendi*, vel *dandi*. Licet enim abstractà accentuatione, sensus fluat commodus: *Du magst/ wie du wilt/ schlachten/ und Fleisch essen/ nach dem Segen des Herrn deines Gottes/ den Er dir gegeben hat in allen deinen Thoren/ & mactatio* talis liberalior *in portis*, supponat *benedictionem in portis*, quia tamen hîc non est argumentum reciprocum, *ab omni illo, quod est benedictum in portis*, ad jus, illud omne *mactandi in portis*, omninò & tutius, & ex cogente contextu, v. 16. 17. consonantiùs fontibus itur in laudatam jam Lutheri nostri versionem: *Doch magstu schlachten und Fleisch essen in allen deinen Thoren/* pro quâ facit accentuatio, absentia sc. territorialis, accentus Regis, majoris Rege Tiphcha, cui, prout ex elementis constat, subordinatur *Ruia*, planè, prout v. 2. ubi propter eandem rationem vox אלהים non referenda ad verbum ירשים: sed ad remotius, אכר תאכרו. Unde porrò, quicquid sequitur vocem Tiphchatam, non cum hâc potest velut in sensu cohærens, conjungi: sed ad anteriorem vocum tractum, qui distinguitur accentu Rege, vocis Tiphchatae accentu, minore, debet referri, qualis hîc est *Rvia* in כשר: cui adèò in sensu proximè cohæret illud ככל שערך i. e. *in omnibus portis tuis*: Sc. omnia, quæ poterant comedi in *portâ sacrâ*, poterant etiam comedi in *portis communibus*: sed non contra. Nec, quæ ibi, poterant etiam hîc comedi, pari ritu respectuq; sacro.

H

§. 2. Nec

§. 2. Nec minùs aberratum (2) in illo *הטמא והטהור* f. vocib<sup>9</sup> *immundi & mundi*, quæ cum clarissimè in fontibus reflectantur *subjectivè* s. ad ipsum *hominem vescentem*, in versione illà referuntur *objectivè*, ad ipsam speciem *carnis*, quâ quis *vescebatur in portis*. Laudandus hîc iterum Lutherus reddens: *beide der reine und unreine mûgens essen*: pro qua translatione facit quoque v. 22. ubi & ipse Vulgatus seipsum correxit, reddens: *Et mundus & immundus in commune vescentur*.

§. 3. Quanta ergo hîc verborum luxuria in Vulgato, qui alibi cum dispendio sapè, Mosis abbreviator est, dum addidit, quæ caractere minore expressimus: *Si autem comedere volueris, & te esus carniûm delectaveris*, occide & comede juxta benedictionem Domini Dei tui, quam dedit tibi in *urbibus tuis*, sive immundum fuerit, *hoc est maculatum & debile*, sive mundum, *hoc est integrum & sine maculâ, quod offerre licet*, sicut capram & cervum comedes.

## LOCUS II.

Leges de Decimâ Deo sacratiæ.

s. XII. 17. 18.

§. 1. Lex est: Non poteris comedere intra portas tuas, DECIMAS frumenti, musti, vel olei tui: sed coram Jehova Domino Deo tuo comedito illas, in loco, quem elegerit. Et tamen, quia quædam Decima poterat adorari, poterat quoque licitè *intra portas comedi*, vid. c. 14. 24. imò, (2) quia quædam decimæ debebant *relinqui in portis*, & in his absumi à Leviticis, peregrinis, pupillis, viduis, c. 14. 28. 29. quin (3) quia, quod magis ad rem facit, etiam primæ & sanctissimæ decimæ, poterant *quovis in loco* à Leviticis familiis domi absumi vid. Num. 18. 31. omninò videbatur contradictorias leges *Decimarum* dari, ut nihil dicamus de mentione nonnisi trium subalternarum specierum (1) *תירוש* (2) *כבן* (3) *יצהר* f. (1) *frumenti* (2) *musti* (3) *olei*. Licet enim *decimarum* legem ad has 3. species restrinxerint, & ceterarum specierum decimationes sequioris apostasiæ temporibus, quibus superstitio, & dogma de *operibus supererogatoriis Phariseorum*, papissimi antecessorum (qui erant *ἐπιμαρτυροῦντες ἑσὸς μὲν ἀκρίτου*), prout ille Luc. 18. 12. & ipsa adeò hortentia

hortensia quoque; & olera, Matth. 23. 22. 23.) invaluit, imputaverint & Christianorū & Judæorū plurimi, tamē, quia non solum Servator hic minorū vilissimorumque; decimis illud *ἔδει* s. oportuit hac facere d. 1. apposuit: sed & Moses ipse decimarum objectum indiscriminatim sub generaliore proventus *terrae* s. הכוונת הארץ, titulo præscripsit, qui nec in primitiis absolvebatur tribus illis speciebus conf. 2. Chron. 31. 5. Lev. 27. 30, proinde hoc quidem *κενόμειον* facilis expeditionis est, sic, ut sive illi distributioni cetera subordinentur, sive in generaliore illo addito: *Omnis proventus terre*, continentur.

§. 2. De ratione conciliandarum sc. legum apparenter contradictoriarum, dispiciemus, decidemusque; dubium paucis. Sciendum (1) singulis annis, singulos colonos obligatos fuisse ad duas decimas dandas ordini sacro. (2) Una s. prima dabatur à Colono *Levitis* Num. 18. 27. & de hac iterum à Levitis decima dabatur *Sacerdotibus*, quæ appellabatur מעשר סן המעשר s. *decima de decimâ*. Vid. v. 25. 26. (3) Abstractâ primâ, *secundam decimâ* de residuo Colonus dabat *sacerdotibus*, ex lege Lev. 27. 30. & seqq. Deut. 14. 22. 23. Hæc erat מעשר שני s. *δευτέρα δευτέρα*, prout appellatur in Tobia c. 1. 7. (4) Abstractâ 1. & 2. dabatur à Colono tertia, sc. Trieterica, quia non nisi tertio quoque dabatur anno, sive ut tunc perimeret nullam, sive primam. Dabatur autem non Levitis solum: sed & promiscuè orphanis, viduis, pauperibus. Deut. 14. 28. 29. (5) Porrò *decima prima*, etsi adærari vel permutari non poterat, post abstractam tamen *decimam decima*, absumi poterat ubique; etiam extra *locum sanctum*, in quocunque; loco mundo. (6) At *decima de decima* non solum non permutabilis erat: sed nec manducabilis extra locum sacrum. (7) Decima secunda, etsi in casu impeditioris, longiorisve viæ, adærari à Colono poterat, non tamē illâ, nisi ad portam sacram coram Deo & postea Hierosolymis intra templi septa, nec, præter Colonū, nisi sacerdotibus, & invitatis ad hoc *χαισιμειον* (sic appellabatur) Levitis, vesci licebat. (8) Decimæ Trietericæ, quia cedebant etiam pauperibus, *πρωχουδενάται* appellatæ, dabantur à Colono domi ex granariis, & adeò dispensabantur à Colonis, intra portas singularum urbium

vid. Deut. 14. 28. 29. c. 26. 13. Tob. 1. 7. (9) Inde ergò conciliatio facilis. Scilicet lex præsens Deut. 12. 17. 18. (לֹא תִכְלֶה נֶפֶשׁ) non potes, justè sc. & legitimè, *ὡς ἀποκρίσει*, qui ad eò de impossibilitate juris, nò facti loquitur, planè prout 1. Cor. 10. 21. ) intelligenda vel *de decimâ de decimâ*, vel de decimâ secundâ: Lex Num. 18. 31. de decimâ primâ jam decimatâ: Lex c. 14. 24. probat quidem, *decima secunda* licitam domi *ad arationem*: sed non sub tali respectu sacro *comestitionem*: Lex autem c. 14. 28. 29. non nisi de *πρωχοδεκάτη* s. decimis illis *Trietericis* agit. Inde expirat hic omne *ἐπιαιλουφαιές* in legibus.

## LOCUS III.

*Verbo Domini nihil addendum, aut de eo detrahendum.*

c. XII 32.

§. 1. Quantò magis tenuiter Papistæ hunc locum Mosai- cum superiori c. 4. 2. parallelum, vel ex illo argumentum in controver- sâ de *unâ credendorum necessariorum*, & ex obligatione divinâ *agendorum, regula, habent*, (adeò ut inter exempla ponant argu- mentorum, de quibus, ipsi domi ad quæstionem: *Quomodo dis- putent Lutherani?* respondent ineptissimè) tantò magis asserendus, nec deserendum ex utroq; loco argumentum fuerit, cum vel ipse Moses, ne unquam mente excideret, in ipsâ *δευτερώσει* hâc LL. di- vinarum, illud toties inculcarit.

§. 2. Frustra Pontificii nobis affingunt, ex his locis Mosai- cis nos concludere, *Mosis 4. libris*, vel ipsi quoque Deuteronomio & sic *Pentatevebo*, nihil ut verum & fide dignum, quocunq; titulo sive *librorum* sive *interpretationum*, esse addendum, & sic peccare nos & in *Canonem*, & in *Mosen*. Nec enim quæritur (1) de vero aut fide digno alio, quàm in relatione ad illa, quæ ex supernaturali revelatione, sunt credenda vel ex obligatione divinâ agenda. Non quæritur de libris *θεοπνεύσις*, & verè Canonicis, præter velpost Pentateuchum Mosis scriptis, & Canonis Judæorum (quem integrum ipse Dei Filius, in utroq; tum *ταπεινώσεως*, tū *ὕψωσεως*, s. *exinanitionis* & *exaltationis*, statu, totiens approbavit, quotiens vel sub ipsâ ordinatione generali antiquissimâ allegavit conf. Luc. 24. 27. 44.) veri ad eò illius, non appositorum *Canonis* Apocry- phorum,

phorum, constitutivis, velut per quos nullus articulus fidei, nullum in praxi pietatis necessarium *præceptum* morale *agendorum* Mosi superadditur. Nec quæritur (3) de declarationibus vel iterationibus LL. divinarum Mosaicis, ac si, ex hypothese de *nihil addendo illi, quod Deus præceperit*, Moses ipse, per illas appositiones declarativas e. c. præcepto divino de *sanguine Agni, imponendo duobus postibus & superliminari* Exod. 12. 7. in relatione ad populum, additâ *byssopi s. hujus fasciculi in sanguine Agni intingendi*, velut instrumenti *ῥαλισμῶν*, & admovendi sic superliminari *sanguinis Agni* vid. ibid. v. 22. mentione, sacrilegii reus habendus foret, cum illa omnia sive vivâ Dei voce accepta, etsi non utrobique descripta, sive citra talem quoque vocem audibilem, *θεοπνευστα & ὁμολογημένως* divina fuerint: sed nec (4) de *interpretatione* quæritur Mosi, sive authenticâ & *θεοπνευστα* illâ, qualis datur in Prophetis, ac in N. T. Evangelistarum ac Apostolorum scriptis, sive Ecclesiasticâ, utut non authenticâ, tamen ad *γενεθὴν θεοπνευστων*, & illam adeo Mosi, Prophetarum, ac Apostolorum authenticam quàm accuratissimè formanda: talis quippe interpretatio non magis additio est, vel quicquid sive credendum sive agendum homini fidei necessarium Mosi ac toti *γενεθὴν θεοπνευστων* apponit, quàm nullum extraneum veritatis sensum, siquidem genuina & legitima sit, ipsi sacrario scripturarum infert: sed illum scripturarum sensum, qui in ipsis scripturis divinis intrinsecè, & in actu signato cognoscibilis ex illis datur, in actu exercito declarat. Quæritur autè de *dogmatibus, & præceptis ad fidem, vitam, & salutem æternâ necessariis*, an universa illa haberi queant ex solis scripturis, sic ut nihil addendû sit ad ea, quæ in his sive credenda sive agenda docentur, & ita sola scriptura sit unica horum regula? An verò dentur ad salutem necessaria, quæ ex *solâ traditione* habeantur, sic ut alia opus sit credendorum & agendorum talium *regula* sc. verbum traditum, pari pietatis affectu ac reverentiâ cum verbo scripto suscipiendum? cujus posterioris à Papistis affirmati, in hoc ipso axiomate Mosi, & illo epiphonemate: *Nes addas quicquam ad illud! Ne detribas quicquam ab eo!* contradictorium datur.

H 3

S. 3. Sophi-

§. 3. Sophisticum effugium Pontificiorum est, & in quo Elenchus oppositorum, sc. in textu Mosaico non interdicti additionem ad verbum scriptum: sed ad *verbum traditum*, s. ad *præceptum*. Nec enim dici: nihil addendum ad verbum quod Deus per suos Amanuenses scripserit, vel scripturus sit: sed ad verbum quod ipse *præceperit*, quod sive foli tradito conveniat, sive saltim huic magis, quàm scripto, cum & vivâ voce traditum, *præceptum* sit, & quod à Mose scriptum, jam antea *præceptum* fuerit, & vivâ voce traditum, antequam scripto cum ecclesiâ communicatum. Cum enim certum sit omne illud verbum quod Deus Mose vivâ voce præcepit, esse scriptum, proinde, si nihil sive *addendum* sive *detrahendum* verbo illi *præcepto*, nihil quoque sive *addendum* sive *detrahendum* verbo scripto, ut tam latè pateat interdictum *addendi* vel *detrahendi* respectu *verbi scripti*, quàm *præcepti*, & prout ceteroquæ, verbum quod *scribitur*, *præcipi* vel *præceptum* dicitur c. 7. 10. c. 11. 17. 2. Theff. 3. 10, 12. ita malè hic *scribere* & *præcipere* s. *verbum præceptum* & *scriptum* opponantur, ipso Abrahamo Consultorè ablegante ad Mosen, neque verò magis ad aliud quoddam verbum Mosis traditum s. vivâ voce præceptum scripto contra distinctū, quàm aliud Prophetarum, & adeò nonnisi ad verbum scriptum Mosis sc. & Prophetarum, per illud: *Habent Mosen & Prophetas, audiant eos!* & iteratum illud: *Si Mosen & Prophetas non audiunt, nec, si quidem quispiam ex mortuis resurget, ut credant, persuadebuntur* Luc. 16. 29. 31.

§ 4 Inter diē, hujus à Mose inchoatæ concionis, & diem funeralē Mosis, nonnisi unius integri mensis & paucorum dierū intervallū intercesserit: quod si ergo detur, tunc, cum hæc loquebatur Moses illa nondū fuisse scripta, unde probabitur, in illo, etsi brevi, mensis unius & 6. dierū, intervallo hæc non fuisse à Mose scripta & in Canonem, æquè ac quæ in IV. libris antecesserant, relata? cum in primis pro totâ illâ Mosis oratione totaq; Leges scriptâ, clarissima præfulgeat lex conf. Deut. 1. v. 3 & c. 31. v. 1 9. 10. & seqq. Unde patet, omne illud à Mose vivâ voce *præceptum*, de quo ipse magnâ voce pronunciaverat in utroq; numero, sc. semel in singulari, illud: *לֹא תוֹסֵף עָלָיו וְלֹא תִגְרַע מִסֵּנֶן* i. e. *Non addes ad illud: nec detrahes de eo.* c. 12. 32. semel in plurali, illud: *לֹא תוֹסִיפוּ עַל הַדְּבָר*

וְלֹא תִגְדְּרוּ מִכֶּנֶס Non addetis ad verbum illud, nec detrahetis de eo in Canonicis Mosaicis plenè contineri scriptum, conf. quoque Prov. 30. 6. ubi illud: *Ne adjicito ad verba Dei (s. ad sermonem illum Dei purgatissimum) ne efficiaris mendax.*

§. 5. Nec minùs vana exceptio est Bellarm. & Becani: *sensum Legulatois esse: interdictum utrumq; excludere additiones & diminutiones in singulis praeceptis velut nullo modo falsà interpretatione depravandis - sed integrè & perfectè, prout Deus praecepit, servandis: non autem interdicere additionem obligantem in toto.* Præterquam enim, quod si applicentur hæc ad praxin Papisticam, liquido ostendete liceat, Papismû in singulis ferè dogmatibus fidei, sic, sive *diminuere* (e. c. in communionem Evharisticâ, calicem) sive, & frequentius quidem, *addere*, quæ tamen additiones virtualiter diminutivæ sunt, si vi hujus interdicti, vel, salvo illo, licet in toto aliquid addere, licebit pari jure etiam toti aliquid detrahere.

§. 6. Paulus sanè, in supremâ ad Ephesios oratione protestatus, *se nihil subterfugisse eorum, qua Auditoribus conducerent, quò minùs ea enunciaret, & publicè ac domatim docuerit,* (cujus quidem doctrinæ summam ad duo refert capita sc. *τὸ ἐν θεὸν μετάνοιαν καὶ τὸ ἐν τῷ κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν χριστῶν* conf. Act. 20. 20. 21) imò se nil quicquam subterfugisse, quò minùs annunciarit Ephesius omne *Consilium Dei* vid. ibidem v. 27. in Apologetico nihilominus coram Festo & Agrippa Act. 26. v. 1. 22. professus apertissimè est, *se nil quicquam dixisse, exiis ea, qua Prophetæ, imò ipse Moses futura prædixerant.* Non extant sanè Conciones & Epistolæ Paulinæ, in Mose & Prophetis seu in V. T. sed in N. T. libris. Prout tamen ipsa doctrina Pauli reverà est in Mose & Prophetis, sic ut ad horum scripturas, examinare illam, *ἐκ τῶν βιβλῶν Ἰσραὴλ*, & ex Symphonia illâ cum Prophetis, divinam illam colligere licuerit *generosioribus Beroensibus*, conf. Act. 17. 11. ita & universa Christi & Apostolorum doctrina N. T. libris contenta, ad Mosen & Prophetas, & Prophetarû doctrinam de fide & præceptis morû, ad Mosen reducitur, sic ut nullum detur sive fidei dogma sive morum præceptum, in Novo, quod non sit in V. T. nec ullum in Prophetis, quod non in Mose, licet nec libri N. T. in Prophetis: nec Prophetarum libri extent in Mose cum &

cum & illa quæ N. T. sunt propria (e. c. *incarnatio Filij Dei*, ejusdemq; *σκηνώσαν*) *ἑὸ ἡμῶν*, dicta & facta, ipsa *miracula*, instituta N. T. *sacramenta*, vocatio Apostolorū, abrogatio ceremonialiū, imò nō solum ipsa Christi *παθήματα καὶ μὲν πάντα δόξα*: sed & ille ipse temporum N. T. articulus, ipsaq; sic circumstantiæ, ordo, modus, quo illa eventura erant) in Mosis & Prophetarum libris, pro ratione V. T. fuerint, sive sic clarè satis prædicta, sive variis typorum umbraculis figurata, & exinde in N. T. libris ab ipso Servatore & Apostolis legitimata, conf. Matt. 1. 22. c. 2. 6. 17. 23. c. 3. 3. c. 12. 17. 18. 40. c. 26. 31. 54. c. 27. 8. 9. conf. Jes. 29. 18. cum Luc. 7. 18. 19. 20. 21. 22. & Luc. 24. 27. 44. Joh. 1. 46. c. 2. 17. c. 5. 39. 45. 46. c. 7. 42. c. 8. 56. c. 12. 39. 40. c. 19. 34. 35. 36. 37. Act. 1. 16. & seqq. c. 10. 43. c. 13. 47. conf. 1. Cor. 10. 1. 2. 3. 4. 16. Hebr. c. 1. 5. & seqq. c. 7. 1. & seqq. 1. Pet. 1. 11. Quin, etiamsi detur, ex solis Mosis libris, legitimari non posse omnia sive fidei dogmata sive morum præcepta, quæ dantur in Prophetis, nedum, quæ pro ratione N. T. dantur in Apostolorum & Evangelistarum scriptis, quoad ipsa in primis N. T. sacramenta, & Servatoris miracula, salvum nihilominus maneret ex h. l. argumentū, cum, extenso deinceps, post Mosen, per Prophetas & Apostolos *θεοπνεύσε* canone, integraliter, s. Systematicè vel totius integralis ratione considerato, quod h. l. dicitur de *Canone Mosaico*, extendendum pariter sit tum ad *Canonicum Propheticum*, tum ad N. T. *Canonicum Apostolicum*, velut quod ex æquo subjacet illi universali sententiæ divinæ: *Omne verbum, quod ego vobis precipio*, atque adeò de Universo V. & N. T. Canone, eodemq; tum integraliter, tum essentialiter s. doctrinaliter considerato, valet illud interdictum divinum: *Ne addiso ad illud, neque detrabas de eo*, atque sic universè de *dogmatibus fidei ac præceptis vite*, (quibus duobus omne Christiani Viatoris officium absolvetur) cum illud Dei apud Mosen, tum illud Apostoli *θεοπνεύσου* aureolum: *τὸ μὴ ὑπὲρ ὃ γέγραπται Θεοῦ εἶναι*, i. *supra id quod scriptum est, non sapere!* 1. Cor. 4. 6. & sub *Traditionis*, velut regulæ *collateralis*, imo (quoad illa dogmata, quæ ex scripturis habentur, ratione ordinis cognoscendi genuinos scripturarum sensus) *superioris*, prætextu,

textu, dogma fidei nullum, siue nudum illud, siue superstitionis ritibus involutum (qualia sunt longè plurima Papistica) admittendū sit, siue apertè contrarium scripturis, siue, *præter ea quæ Canonicis Mosis, Prophetarum & Apostolorum scriptis continentur*, cum Apostolus, usq; ad eò, qui *κατὰ τὴν διδασκαλίαν* i. *præter doctrinam ab Apostolis prædicatā & scriptam, peruersorum dogmatum ac scandalosorum in doctrinā dissidiorum Autores sunt*, notare & à talibus declinare iusserit Rom. 16, 16. ut etiam ANGELUM *ἐκ τοῦ οὐρανοῦ*, ex hypothesi, Evangelistam, *præter Evangelium Apostolicum, anathematizabis* subjecerit Gal. 1, 8. 9. & in ipsā clausulā universi V. & N. T. Canonis, in ipsā sc. Apocalypsi, Johannes c. 22. 18. 19. non solum contrarium: sed & quodcunq; auctarium dogmaticum, illis quæ scripta sunt, adjicienti, auctariū *plagarum*, & *deminuenti*, privationē *portionis*, vel *ablationem ejus ἐκ τοῦ βιβλίου τῆς προφητείας*, sub solemni *protestationis* formulā, denunciaverit, quod, licet Adversariis hęc excipientibus daretur, non tam universaliter de quibusvis utriusq; T. scripturis, quàm singulariter de solā apocalypsi propriè intelligendum, nullus tamen illustri ad eò sensus foret, si non generaliter de omnibus Canonicis idem valeret, ipsaq; sic clausula fini Canonis tale majestatis Sigillum apponendo & generalem propositionem probaret & Mosis, Canonicorum scriptorum primo, per illud autoritate divinā publicatum, *de non addendo nec deminueno*, mandatum, pulcherrimè Canonicorum scriptorum novissimus, Johannes, non minùs Mose intimioris admissionis & singularis dilectionis divinæ Amanuensis, consonaret.

§. 6. Et ubi liber ille *traditionalis*, in quo cùm genuini scripturarum sensus, tum illa pari pietatis ac reverentiæ affectu suscipienda contineantur dogmata, sic ut inde velut ex promptuario depromere liceat, cùm infallibilis interpretationis adminicula, tū, per quæ errores quandocunq; irrepentes confodere ipsisq; hæresibus plagam letalē inferre liceat, arma? Sinnichius in Goliath. profligato c. 20. sectione 68 *Traditiones divinas*, quas tamen ipse *scripturas*, & *genuina scripturarum intelligentia* contradistinguit, siue per *Christum immediatè*, siue per *discipulos Christi consignatas* asserit, qui tamen paulò post *Christum novæ legis autorem*, *digito quidem aliquando scripsisse in terrā, non autem in chartā*, rectè agnoscit. Illæ ergo

I

traditiones

traditiones Papistarū dogmaticæ, fuerint in corde Ecclesiæ. Ceterū quomodo S. ille Spiritus aliud scripserit in corde Ecclesiæ, aliud in scripturarum Canone? quin quomodo idem S. Spiritus contraria scripserit? Et unde, abstractā revelatione scripturarum, constabit de illā scriptione cordis, contrariā vel alienā ab illis quæ sunt in *veq. Q̄* vel *veq. m. v. l.* sacratissimi Canonis? Quomodo probabitur, omnia illa quæ sunt in corde Ecclesiæ Romano Papistica, vel unius, qui illi & imponitur & imponit, esse ab ipso S. Spiritu scripta in corde Ecclesiæ Catholicæ?

S. 7. Frustra excipitur, interdictum illud addendi & detrahendi obligare populum, non Prælatos. Contrā, qui jubentur *custodire præcepta & facere*, illi quoque prohibentur *addere & detrahere*: immediatè enim præcedit illud: *Omne verbum, quod ego præcipio vobis, hoc observate & facite!* cui subjungitur interdictum illud: *Ne addito ei neque detrabito ex eo!* conf. Deut. 12. 32. Atque prius obligat in commune conf. I. alleg. & c. 5. 32. E. & posterius, unde & ipsi Josuæ Principi acclamatur, utrumq; sc. cum illud de *observando & faciendo*, prorsus vel omnino, *prout scriptum est in libro legis*, tum alterum de *non addendo vel detrabendo*, (verbis immediatè cohærentibus) *Ne recedas à Libro Legis dextrorsum aut sinistrorsum!* Jhos. c. 1. 7. 8. Frustra excipiunt Pontificiorum alii, sive *corruptiones* saltem verbi Dei, sive (2) *inductiones sensus contrarii*, sive *suppositionem adulterinorum fetuum*, s. *librorum* saltim h. l. prohiberi. Præterquam enim quod omnibus illis modis contra hanc Deuteronomii legem agat Papismus, & per stitulum inductosq; sensus adulteros corrumpendo, & reverà Apocryphos Canonicis addendo, veritati obstrepit, Resp. ad 1. in textu Mosaico prohibetur omnis *additio* sive ad totam legem, sive ad singula Legis, omnis item *detractio* tum à totâ lege tum à singulis præceptis Legis, atque adeo, ne quis *singula præcepta interpretando* sive additione sive detractioe corrumpat. Resp. ad 2. non solum prohibetur *inductio contrarii*: sed & *omnis additio*, qualis est e. c. quando Pontificii credendis ex scripturâ, apponunt plurima alia dogmata quæ ex scripturis haberi non possunt, sicut propter illa opus sit aliâ, præter scripturam, regulâ, *traditione* sc. licet tales *additiones* conse-

consequenter sint Legis scriptæ eversions, vel, prout Servator appellat, præcepti divini *ἀνομήσις* conf. Matth. 15. 16.

§. 8. Interdicitur non solùm additio libri: sed & cujuscunq; quod sub ratione dogmatis vel præcepti, velut ad fidem cultumq; religiosum necessarii, inducitur ultra *כִּתְבֵי כְתוּבִים* s. *jus scriptum* Ps. 149. 9. s. *ultra omne illud verbum à Domino præceptum, à Mose* (par ratio Prophetarum & Apostolorum in continuando absolvendoq; Canone) conscriptum. Quin si sub S. Spiritus, velut *veri Dei* nomine mentitoq; titulo, *libri* suppositio prohibetur, *Traditionum* quoque, quas sanè sub pari S. Spiritus nomine, divinaq; autoritate, ingenti abusu sanctissimi illius Testamenti (Isaia c. 59. 21) obtrudit Papismus, prohibetur *additio*. Et illud ipsum systema traditionale, si apponeretur velut ex æquo divinum, peccaretur in legem, vel hanc ipsam unicam fidei vitæq; regulam; si apponeretur idem velut non divinum, nec ab illo Spiritu profectum, qui unà cum *verbo manet semper in ore Ecclesie, nec recedit ab ore seminis, & seminis seminis Messie in seculum*, jam sponte sua rueret, ac in fumos abiret, quia ad scriptum Canonem non aliter haberet, quàm humano capiti cervicem pictor equinam si apponeret. Per hanc adeo sententiam Mosaicam fortissimè pro unà verà Catholicorum fidei regulà concluditur. Quod ita plenum & perfectum est, ut nullum admittat augmentarium dogmaticam, s. ut illi nihil in ordine ad cultum divinam, s. ad fidem, vitam, salutem denique æternam necessarium, sit addendum, illud est vera & perfectissima fidei vitæq; regula. Atque tale est Verbum Dei scriptum. E.

§. 9. Interpretatio sanè, si *vera* sit, quia ex ipsis scripturis sensum veritatis capit, scripturæ s. Verbo scripto nihil addit: si *falsa* (quales sunt Romano-Papisticæ sub traditionis titulo commendatæ longè plurimæ) omninò sive directè sive indirectè *addit* & sensum genuinum planè evertit. Quomodo illud ex Mose s. Deuteron. c. 6. 13. & c. 10. 20. à Servatore in disputatione cum Diabolo allegatum Matth. 4. 10. à Papistis de Patriâ explicatum, sic, ut præter illum essentiâ unum solû Deum, sancti quoq; possint Duliâ religiosâ coli & sint colendi, exemplum est, additamenti ad verbû  
I 2  
illud

illud à Deo præceptum: & interpretamentum illud verborum Christi: HOC FACITE! per: HOC SACRIFICATE! Tridentinum, toti retrò antiquitati incognitum, genuinum & à generosioribus Papistis, etiam post-Tridentinis agnitum sensum, planè evertit, etsi prius quoque exemplum (supposità futili planè distinctione inter *Latriam* & *Duliam* religiosam) quatenus ipsi formali præcepto divino: *ἀπὸ μόνῃ λατρεύσεις*, pro quo *Latria* vocabulo, in fontibus Mosaicis utrobiq; *Dulia religiosa* vocabulum est, contradicit, ipsà etiam additione sensum evertit.

§. 10. Nec minùs ex hoc loco Mosaico inferre licet, contra hypothèsin Papistarum de legis Evangelicæ scriptæ imperfectione, & illi adeò addendis subinde legibus Ecclesiasticis necessariis & quidem talibus, quibus non solum sit *obediendum propter conscientiam*: sed & (quod longè majus est) quæ ipsæ *obligent conscientiam*, sic ut illarum imperium propriè & per se sit in conscientiam. Ita sc. aliquid præter Verbum scriptum, *Domino faciendam esse*, & adeò agendum contra legem: *Ne addas quicquam*! Utut autem interdictum hoc *addendi & detrahendi* pertineat primò & per se ad V. T. fortissimè tamen inde inferitur ad novum, vel per argumentum à minori ad majus: sed & non minùs cultus N. T. quàm veteris, pendet à præscriptione divinà, ipsaq; paucitas observationum & legum particularium, magis convenit N. T. quàm veteri, quippe in illo Christus tradidit *signa pauca pro multis, eademq; factu facilima, intellectu augustissima, observatione castissima* conf. Aug. 1.3. de doct. Chr. c. 9. Falsa adeò hypothèsis Bellarmini: *Potuisse omnia determinari in V. lege, non potuisse in novâ*, & hinc adeò addere sub tanta obligatione esse licitum: ibi s. in solo V. T. per hanc sententiam Mosaicam, interdictum. Falsum, *contrarias saltim Leges vel harum additionem hinc interdici*. Nec de auctario numeri (præceptorum) quæritur: sed *rerum præceptorum*: quibus addit, qui adia-phora suæ naturæ non relinquit: sed illis Legem *in conscientia obligantem*, vel cultus ac meriti opinionem imponit. Qui rebus, quas adia-phoras Deus esse voluit, & propterea nec *præcepit*. nec *prohibuit*, necessitatis talis legem imponit, non *numero tantum*: sed etiam *rebus* auget præcepta, & adeò *addit*. Mosen hinc non alloqui

loqui principes: sed solum *populum*, inane commentum est. Confutat illud titulus ipse: *Hæc sunt verba quæ locutus est Moses ad omnem Israel* vid. c. 1. 1. 40. 41. c. 12. v. 12. *Vos & filij vestri*. Quod toti universitati præscribitur, hoc etiam *Principibus Ecclesiasticis*, in illâ universitate. Et, si populo interdictum, *facere* quicquam præter scriptum. E. & Principibus prohibitum, *Leges* sub *necessariis* opinione *ferre*, præter scriptum.

§. II. Agnoscat hic Papismus annulos suæ coherentiæ cum veteribus illis Phariseis, quos corâ Servator *αρχαίους ἐν ἡμῖν*, toties redarguit, quod suas illas *παρεροσθηδόνες* observationes, & *seniorum traditiones* scripturis apponerent, cum dogmaticè, nova dogmata invehendo, tum exegeticè, scripturas pravè interpretando, vel sensus illarum adulterando, conf. Matth. cap. 12. 2. 7. 8. cap. 15. 2. 4. 5. 6. 7. 9. 13. c. 16. 11. c. 23. 16. 23. & seqq. Agnoscat eosdem vel cum ipsis Judæorum *רבניי* qui *traditionis Regulam scripturis apponunt*, & suis hyperbolicis encomiis aliquando illis præponunt, dum non solum, more Papismi, Legem, credendorum & agendorum regulam distinguunt, in *תורה שבכתב* f. *Legem, quæ est in scripturâ*, & *תורה שבעל פה* f. *Legem quæ per os est tradita*: sed & pro hujus antiquitate & autoritate contra *קראים*, (quos sic, quia Regulae Moïsi & Prophetarum scriptæ unicè insistant, appellant, *scripturarios* sc. f. *lectionarios*) Zelotæ, totum hoc traditionis sacrarium imputant Monti Sinai, in quo Moïses uno die legem scriptam, traditiones autem 39. dierum spatio acceperit, quas traditiones, per Jhosuam, per LXX. Seniores, per Prophetas, per Synagogam magnam *אגודת סנין* propagatam, & tandem ab his in opus Talmudicum, velut *ingentem librum traditionalem* (cum amplius oraliter conservari non posset) relatum, cum Synagogâ communicarit, quæ adeo innitatur traditioni, cum, quæ sola ante Moïsen, tum quæ post Moïsen, cum scripturâ velut collateralis fidei & agendorum regula, obtinuerit. Inde jam illa Talmudistarum & Rabbinorum, pro traditione commendandâ, & vel ab ipsâ scripturarum lectione, praxi planè Papismo consonante, ad illam, avocandis juvenilibus, vel quibuscunq; Laicorum ani-

mos, accumulata emblemata, vel *מסך משה על צור* i. e. *fundatur Mosis scriptura super traditione orali, & alibi: אי אפשר לעמר על עיקר כי* i. e. *quomodo possibile consistere nos posse, super fundamento legis scripta, nisi accedat Lex oralis, qua est expositio ejus? unde & alibi jubentur Discipuli magis attendere Traditioni, quàm scripturis, magis Talmudico studio incumbere, quippe juxta illos התלמוד המוקדש אין רמעלה ממנו* i. e. *nihil est superius sanctissimo Talmud, & vehementer monent Parentes, ut liberos suos magis atque magis avertant à studio Biblico, ad Talmudicum s. traditionis Judaica sacrarium: מנעו בניכם מן לא תרגילום במקרה יותר מראי* & alibi: *הגיון במקרה* i. e. *Ne assuefaciatis liberos vestros lectioni biblica plus quàm satis est: sed avertite eos à studio scripturae ad traditiones conf. in Bava Mezià, item Cod. juris Bmchoth, & pluscula collecta à Buxtorfio in recens. operis Talmudici p. 222. & seqq. Agnoscant annulos suae cohaerentiae cum illis haereticis antiquis, qui (teste Iren. l. 3. adv. haeref. c. 2. Cum ex scripturis arguebantur, in accusationem convertebantur ipsarum scripturarum, quasi non rectè habeant, neque sint ex auctoritate, & quod variè sint dicta, quodque ex his non possit inveniri veritas, ab his qui nesciant traditionem.*

## LOCUS IV.

*Signa & prodigia edita à Pseudopropheta, tentatio magna,*

*c. XIII. 1. 2. 5. & seqq.*

§. I. Omne *מופת* est *אורח*: sed non contra: *מופת* sc. est *signum prodigiosum*, cum etiam sine tali prodigio possit esse signum: Ita h. l. habendum, planè prout Matth. 24. 24. praedicuntur processuri *Pseudoprophetae, edituri*, non solum *signa magna*: sed & *תועות prodigia, Zeichen und Wunder* / usque adeò ut periculum inde *seductionis in electis* suboriri posset, nisi *electi* forent. Pro ut ergo ibi Servator: ita hinc Moses in *causa Pseudoprophetae*, non admittit argumentum ab eventu prodigii ad legitimationem sive ipsius *Prophetæ, sive illius doctrinae vel prophetiae*, affirmativè, et si  
Deut. 18.

Deut. 18. 22. admittit *negativè*. Hic non solùm si *non eveniat*: sed & si *eveniat*, magnum Pseudopropheta ipse prodigiũ est: ibi in Devteronomio, si non eveniat, est Pseudopropheta: at non, in illo statu si eveniat. Hic supponitur *Apostata*, & talis ad apostasiam sollicitator, qui contra expressam legẽ divinam, blasphema docet & ad Idololatriam s. cultum *Deorum alienorum, ignotorum*, à cultu unius veri Dei avocat: qvales aded sine respectu *prodigii*, sive *non eveniat*, sive Deo, intentione explorandi producendiq; in publicum interiorem Israelitarum sive fidem, sive *amissionem*, permittente, eveniat, non solùm non *audiendus*: sed & sine longiore morã morte *plendendus* erat v, 5.

## LOCUS V.

*Signa & prodigia non sunt argumentum apodicticum pro verã religione c. XIII. 2.*

§. 1. Argumentum *miraculorum* abstractum non est apodicticum: quia permittit Deus potest, ut etiã *Pseudopropheta* edas *prodigium*, intentione sive piorum constantiam probandi, & *fichos tentandi* vid. v. 3. sive, *veritati credere nolentes*, per *immissam efficaciam erroris* puniendi 2. Thess. 2. 9. 10. 11. Videbatur quidem, vix præsumendum, fore, ut permittat Deus vel inferat tentationem fermè insuperabilem. Ceterum nec insuperabilis foret *tentatio* talis, quia superabilis facilè erat per datam *firmissimo sermone Prophetico fidem* s. per *Legem & testimonium*, cujus doctrinam & auscultare iussit & eminentioribus miraculis confirmavit Deus, imò infra cujus autoritatem consistere voluit, non solùm quodcunq; *prodigium*: sed &, ex hypothesi, *Lazarum* posthumum, Legatum ex *sinu Abrahami*, quin, *Angelum ex celo*, Oratorem, imò quoad nos, s. ordine cognitionis, ipsam *vocem Patris auditam de celo*. Luc. 16. 27. 29. 31. Galat. 1. 8. 9. 2. Pet. 1. 18. 19. Johan. 5. 36. 37. 39. ut aded doctrinæ cœlestis & scripturarum arma valeant supra quodcunq; miraculum. Nec permissurus illam tentationem facilè Deus fuisset, extra hypothesein superiorem sive *proba*, sive *pœna*, vel saltem non sic permissurus, ut non superiori autoritate & vel miraculo penetrantiore fuisset correcturus, quales quid apud Samaritanos in *Simone & Elyma* Magis c. 8. 8. 9. 10. c. 13. 8. & alibi factum, in pra-

xi Apo-

xi Apostolicâ notavit Lucas: conf. etiam c. 16. 16. 17. 18. c. 19. 11. 13. & seqq. Quomodo, autem in voluntate hominis renatis sit, & à tentatione illâ superari, & illam superare: ceterum hoc, non nisi voluntatis à gratiâ adjunctæ, sic ut citra hanc superare tentationem non possit, alibi notatum.

## LOCUS VI.

*Abusus hujus Legis de caractere Pseudopropheeta Judaicus.*

§. 1. Nunquam abusus hujus legis Judaicus s. Pharisaicus conjuncto cum Zelo ἐπιγνώσειν luculentior fuit, quàm tempore Messiae, σκηνώσει ἡ ἐκείνη. Perfringebat sanè aciem oculorum majestas miraculorum Jesu, prout παρηγορία vel ἐξουσία divinorum sermonum, judicium aliquando aurium & animorum: unde illa quorundam ingenuorum confessio: *Numquid Christus ubi venerit, plura miracula vel signa fecerit, quàm Jesus fecit? & altera vox: Nunquam hominum quisquam sic locutus est, prout hic loquitur* Joh. 7. 31. 46. conf. quoque Joh. 10. 24. & debebant illa miracula Jesu, quippe quæ velut à Messia præstanda, & adèd pro Messia jam manifestato totidem argumenta, ex ipsis Mosis & Prophetarum scripturis à Servatore erant legitimitata, vel saltem illis ipsis doctioribus Judæorum ex lege cognoscibilia, tantò fortius persuadere, Jesum esse Christum Filium Dei viventis: ceterum, postquam ex hæreticis & erroneis hypothesebus, circa Messiae personam, conceptionem, nativitatem, officium, adventum, & statum, aberrabant, ac ipsum pro ψιλῷ ἀνθρώπῳ. VERÈ & ἀπεργαζέμενος Josephi fabri & Mariæ filio, eodemq; fabro, patriâ non Bethlehemita, ex lineâ Davidicâ: sed merè Galilæo habebant, conf. Matth. 13. 55. Marci 6. 5. (Annon hic est ὁ τέκτων: juxta Hilar. can. 14. in Matth. *faber ferrari* vel talis *fabri* filio) Johan. 7. 41. 42. non poterant nõ dicta Jesu e. c. de se Patri ὁμοσίῳ & Patris proprio Filio, Patri æquali, de Christo Filio Dei viventis, blasphemias interpretari, conf. Matth. 9. 3. c. 26. 63. 65. Joh. c. 5. 18. c. 10. 33. & ex ignoratione legis Sabbaticæ vel veri sensus legalis, opera ejus Sabbatica calumniari conf. Matth. 12. 1. 2. Marc. 3. 2. 4. Joh. 5. 10. 16. c. 7. 21. 22. 23. atqve sic, quæ ex Mose credere debebant, & adorare, velut

velut magnum illū Prophetam, de quo audiendo pulcherrima fuit Symphonia Moſis Deut. 18. 15. & Patris de cœlo clamantis: HUNC AUDITE! Matth. 17. 6. conf. Joh. 5. 39. 46. repudiare. Inde adeo, & quia Jeſum Nazarenum pro Pſeudopropheta blaſphemo, & legis Sabbaticæ violatore ipſi prodigioſe cœci, juſteq; excœcati habebant, qv̄antacunq; majestas miraculorū eſſet, penetrare apud illos σαλῆς αὐτῶν haut potuit, qvi, magnam tentationem, illani praxin miraculorum Chriſti reputantes, quia doctrinam damnabant, argumentum miraculorum, ſub hujus legis prætextu (qv̄æ vult Pſeudopropheta, non obſtantibus ſignis & ſignorum complementis, damnari) pariter extenuabant, ſic, ut, illo non obſtante, illorum ἀρχόντων in primis & Phariſæorum judicio, Jeſus Nazarenus maneret & nominaretur ὁ πάλαι Ⓞ conf. Matt. 27. 63 vel ὁ ἀμωβιλωλὸς conf. Joh. c. 7. 48. c. 9. 24.

§. 2. Graviter ſuo, ubi Catholicus eſt, more, Tertullianus, Hieronymi in *Scorpiacum* in primis judicio, Vir eruditiffimus, etſi invidiâ poſtea & contumeliis Clericorum Eccleſiæ Romanæ ad Montani dogma de lapſus vid. Hier. l. adv. Vigil. & de ſcr. ill.) judicium hic publicavit in Apologia adv. gentes: *Quem, inquit, Juda ſolum hominem præſumferant de humilitate, ſequebatur, uti magum a- i ſtimarent de poteſtate. Cum ille verbo demonia de hominibus excuteret, cœcos illuminaret, leproſos purgaret, paralyticos reſtringeret, mortuos denique vitæ redderet, elementa ipſa famularer, compeſcens procellas & freta ingrediens, oſtendens ſeſe verbum Dei, eundem qui omnia faceret & feciſſet. Idem l. 3. adv. Marcion. Judæi, non, quâ alterius Dei Chriſtum averſati perſecutiq; ſunt: ſed quâ ſolummodò hominem, quem planum (i. e. impoſtorem) in ſignis, & amulum in doctrinis exiſtimabant, ut & ipſum hominem, quâ ſuum i. e. Judæum, ſed Judaïſmi exorbitatorem & deſtructorem, deduxerint in judicium, & ſuo jure punierint. Idem ibidem Marcionitarum & Judæorum erroris ducatum deducit ex confuſione duorum Chriſti habitum, totidemq; ejus adventum, unius ſ. primi in humilitate, ſecundi, in ſublimate. Ita, inquit, in hodiernum negant veniſſe Chriſtum ſuum, quia non in ſublimate venerit, dum ignorant, etiam in humilitate fuiſſe venturum.*

K

§. 5. Ita

§. 5. Ita *sententia magna* in Ecclesiâ primitivâ Simon ὁ μαγικός, imò suâ Magiâ in stuporem dans gentem Samaritanam λέγων ἔναι θεὸν ταύτην μέγαν in Act. c. 8. 10. 11. & famosior illo ac major Magus *Apollonius Tyaneus* Cappadox, de quo vid. Baron. ad a. c. 56: 41. ad a. 57. n. 184. ad a. 68. n. 30. 32. a. 91. 2. 3. a. 218. 2. a. 224. 2. a. 275. 2. & ibidem allegatus Vopiscus in Aureliano: sed & quàm *sententia magna* in Ecclesiâ sit, si Doctores excellentibus dotibus præditi, *Apostata* fiant, exemplo *Nestorii*, *Photini*, *Apollinaris*, incomparabilis, in primis, *Origenis*, & *Tertulliani*, pulcherimâ ad hunc locum Mosaicum commentatione, in egregio suo opusculo *de Catholica fidei antiquitate & universitate adversus profanas omnium hæresium novationes*, deduxit *Vincentius Lirinensis*. c. XV. & sequentibus.

## LOCUS VII.

*Pæna Apostatæ sollicitatoris clandestini & contra hunc judicialis processus.*  
c. XIII. v. 6. & seqq.

§. 1. Casum Pseudoprophetæ manifestè surgentis in medio Israelis, & edentis signum, aut prodigium, sequitur casus Consultoris Apostasiæ clanculariis s. *clam*, remotis arbitris, hunc vel illum à vero veri Dei cultu, ad *cultum Deorum alienorum* (quo nomine, quicquid non verus ille Deus est, nec adeo sola Idola gentium: sed & quicquid extra unum illum יהוה אלהים religiose s. sive Patriæ sive Dulciæ religiosæ nomine colitur, intelligitur) avocantis, & ad apostasiam, non solâ voluntate: sed & conatu actuq; ipso, per suppeditata consilia vel argumenta sollicitantis, etsi non persuadentis, vel assensum sollicitati impetrantis, qualis כליעל s. *Consiliarius nequam* (conf. II. 36. 18. 19. 20 Nahum. 1. 11.) non solùm non admitti: sed & sine ullâ clementiâ, sine ullo cognationis, etiam arctioris, respectu, sine morâ in iudicio sisti, & damnatus lapidari jubeatur, sic ut manus illius, quæ clam sollicitavit, etsi non persuasit, *primum contra illum sit*, ut morte afficiatur, & deinceps *populi manus* vid. v. 6. 8. 9. 10. idque eo fine, ut *terror eat in populum*, & hic præcaveat exemplum v. 11.

§. 2. Videri ergo poterat, in hoc crimine, dari potuisse, datumq; sæpè casum, ubi, sive sine ullo teste, sive, dato nonnisi uno teste.

teste (si pro tali habeatur ipse ad apostasiam sollicitatus, denunciator factus) capitali supplicio puniri potuerit reus. Probatur ex illo כִּי כִּסְתָר יִסְתָּר *si incriminaverit te clam, & ad eum non adhibitis, qui sic factum testari possint, quales casus possibilis negandus haut est, cum in talibus Apostasie, veneficii, similibusq; criminibus vix aliter homicidium agatur,*

§. 3. At talis executio repugnare videtur illi regulæ universalis c. 17. 6. *Ex sermone testis unus nemo afficitur morte!* ubi ad minimum requiritur sive dualis sive ternarius testium numerus. Et ex illius legis præscripto etiam in hoc crimine agendum fuisse, ostendit collatio v. 7. c. 17. cum v. 9. & 10. c. 13. ac idem cum hoc quoad substantiam, casus legalis, Deut. 17. à v. 2. ad 8. sc. de idololatriâ. Quin, ne quis hoc crimen propter autoritatem excipi putet ab illâ universalis regulâ, iteratur eadem lex Deut. 19. 15. & additur triplex ampliatio. Sc. *Testis unusicus in neminem insurgit!* (1) לְכֹל עֵוִן i. c. *pro quocumq; iniquitate.* (2) לְכֹל חַטָּאת i. c. *pro quocumq; peccato.* (3) בְּכֹל חַטָּאת אֲשֶׁר יִחַטֵּן i. c. *in quocumq; peccato cujuscumq; nominis s. quod ullus unquam peccaverit.*

§. 4. Omnino ergo nec locus præfens sic intelligendus fuerit, ut his universalibus repugnet: sed de illo casu, in quo clam sollicitatus ad apostasiam, denunciator erat apud Judicem, qui tunc citato tum denunciatore, tum reo, ex officio *inquisitorie* agebat, prout imperatur v. 14. & c. 17. 4 (cui hætenus unus denunciator sufficiebat) in quo processu, si reus per argumenta magna à denunciatore convictus, pleneq; crimen esset confessus, nullis jam opus erat testibus: sin minus, si sc. per unum non sic esset convictus, ut confiteretur & planè constaret de corpore delicti, jam omnino, aut citra pœnam pariter & sententiam absolutoriam dimittendus erat, vel sufflammandum iudicium, donec darentur testes plures sive duo, sive tres, aut absolvendus, quin usque adeò nec in hoc crimine *ex testimonio unius*, ultra inquisitionis processum ire licebat, ut etiam reo in denunciatores, velut falsum testem, productis contra hunc, si darentur omni exceptione majores, duobus testibus, daretur actio, ubi tamen non, ad duos testes in denunciatores mox animadvertendum: sed, quod totiens incu-

catur מררש הוטב s. *accurata inquisitionis officium à Judice præstandum erat conf. Deut. 19. 16. 18.*

§. 5. Omnino ergo in casu dubio, deficientibus magnis illis & evidentibus argumentis, per quæ ad denuntiationem factam ipse & convictus esset, & sic, vel invitus confessus corpus delicti, obtinebat hinc eadem lex de 2. vel 3. testibus Deut. 17. 6. c. 19. 15. quæ obtinebat ceteroqui, ubi sive civiliter sive criminaliter ageretur. Licet autem notaverit Hugo Grotius, in hoc crimine, *cuiuslibet permissam fuisse executionem, non expectato iudice*, pro quo militare videtur gravitas criminis & argumentum à minori ad majus. Si enim homicidam extra asylum repertum interficere impune potuit לנצח s. *ὁ ἀγαθὸς*, interfecti cognatus & ex jure illo sanguinis vel cognationis Vindex interfecti, sanè videri poterat, tanti criminis reum multò magis impune à privato quoque, cui de delicto constabat, interfici potuisse; præterquam tamè quod in illo casu supponebatur jam factum notorium, & ipsa executio, non sine scientiâ plurium, vel etiam, *consensu populo*, & de quo facto ipse interfecto rationem reddere tenebatur Judici, ac, si in vindictâ peccatum, vel exorbitatù, ipse luere, in casu præsentis *solicitatus s. incitatus ad idololatriam*, jubetur *non celare factum*, & ad eò Judici *denunciare* v. 8. & post causam demum accuratè cognitam, & sententiam latâ (quod, utrumq; in simili casu docet lex c. 13. v. 14. ubi vel 3. distinctis imperativis *accurate inquisitionis studium* judici imperatur, vid. etiam c. 17. 4.) ibatur ad executionem, eo ordine qui præscribitur v. 9.

§. 6. Quod enim Hugo Grotius urget illud: *STATIM occidas illum!* ac si sc. in hoc crimine nullus moræ vel comperendi nationi locus, prout in aliis, valet quidem post causâ cognitam, & sententiam latam: *nò ante*: quin, nec in fontibus occurrit vox *statim*: sed: *Occidendo occides eum*, quæ phrasi notatur non inflictionis poenæ celeritas: sed ejusdem indispensabilis veritas, s. immutabilitas, quæ opponitur *oculo parenti*, & *judici clementi*.

§. 7. Porro illud מררש הוטב non malè Vulg. *Si perferas dare tibi voluerit*, quomodo & intelligendus hic in versione Lutherus: *Wenn dich dein Bruder heimlich überreden wolte*. Nondum enim persuaserat, quam diu hic non *acquiescebat*, nec persuasurum celabat:

celabat: sed denunciabat. Respectu *persuasionis* ergo actualis, & *seductionis consumata* sufficiebat in *seductore* voluntas: ut tamen non fuerit sola voluntas respectu *incitationis*. Nec enim mentalis tantum erat: sed verbalis *incitatio*, sic ut conceptis verbis clam *incitasset jam* fratrem ad apostasiam. Neque verò in singulis tantum punienda apostasia erat: verum etiam in coetu vel civitate, & sic, ut, hic in personas æqvè ac bona gladio & igni grassaretur, & cum noxiis etiam innocentes vel delicti non æqvè consortes *temporalibus suppliciis* involverentur vid. v. 13. 15.

## LOCUS VIII.

*Processus in causâ Civitatis, per nequissimos seductores, ad Apostasiam à vero veri Dei cultu inducta.*

*c. XIII. à v. 12. ad usq. finem cap.*

§. 1. Fuit hætenus in hoc capite Lex de pœnâ Pseudoprophetae publici, utut *edentis signum & prodigium*, & tale quidem cui respondeat eventus vel *עֲבֹרֹתָיִךְ*, de quo pronunciatum illud: *Ne auscultato verbis ejus! quia tentat Jehova Deus vester vos, ut cognoscatur, an sitis amantes Dei vestri ex toto corde vestro & ex toto animo vestro* conf. c. XIII. v. 2. 3. ipsi autem Prophetae ultimum s. capitis supplicium dicitur, addita sententiæ ratione, sc. *Morre plectitor*, quia *suasit apostasiam contra דְיָ Deum vestrum* (eadem legis ratio in insigni occurrit geminoq; exemplo conf. Jer. 28. 26. c. 29. 30. 32.) Quin scopus vel intentio *Pseudoprophetae* vel *somniatoris* illius exprimitur sc. *depellere Israelem à viâ, quam ipse verus Deus ipsi, ad ambulandum in eâ sine exorbitatione prastituit* conf. v. 4. 5. quas voces, cum ceteroqvi proximè sequantur illas *de Deo eductore & redemptore è domo servorum*, non ad intentionem Dei eductis vel ex Ægypto, in quâ Israelitæ erant servi servorum, redemptoris: sed Pseudoprophetae vel somniatoris illius referendas & adedò jungendas esse non cum propioribus: sed remotioribus, præterquam, quod ex ipsâ prædicati constet naturâ, per accentuationis quoque consecutionem, longam illam accentuum Regum minorum ad majorem usque, sc. *akephkaton* primum continuationem, & subordinationem, consonantissimè sensui, designatur.

§. 2. Casum illum Pseudoprophetae publici s. manifesti

K 3

sequitur

sequitur casus sollicitatoris ad apostasiam clancularii, citra discrimen sexus, sive mas sit, sive femina, imò si vel frater, vel filius, vel amicus intimus (qui est sicut tu ipse) & pariter, si vel filia, vel uxor ceteroqvi charissima, vid. v. 6. in quos clam ad cultum Deorum alienorum incitantes sententia Dei fortis Zelotæ talis: *Ne acquiescito illi! Ne auscultato illi! Oculus tuus ne parcito illi! Ne clementia utitor erga illum! Lapidibus obruitote eum, ut moriatur!* & quidem ita, ut ipse ad apostasiam clā sollicitati manus primūm esset contra illum, postea vero totius populi! Quo autem illud sine! *Ut audiant omnes Israelitæ & timeant, nec deinceps ulli pergant facere secundum rem malam hanc in medio Israelis* conf v. 8. 9. 10. 11.

§. 3. Gravior autem, & quæ, nisi ipsius sanctissimi Dei esset, rigorosior videri poterat, sententia, in communionem s. Civitatem apostaticam vibrata inde à v. 12. Supponitur in hoc casu (1) auditus & rumor s. fama inducens Judicem ad procedendum ex officio sc. *si audiveris de aliqua civitate, egressas esse homines nequissimos* (כני כריער) & suis Apostasie sollicitationibus incolas civitatis illius ad cultum Deorum alienorum depulisse v. 12. 13. sequitur (2) ipse inquisitionis processus, quo sc. Iudex, ex mero officio, ad inquisitionem tam atrocis criminis procedit, qui processus accuratissimæ inquisitionis vehementissimè Judici mandatur & tribus quidem distinctis prædicatis sc. 1. וררשה i. e. *sollicitè inquires.* (2) והקרה i. e. *pervestigabis.* (3) ושאלה i. e. *& percunctaberis*, ac tribus illis *inquisiti nis accuratissimæ vocabulis* additur illud היטב, quam hujus relationem non ad solum prædicatum tertium: sed in commune ad omnia illa tria, probè expressit noster Lutherus: *Du sollt fleißig sehen/ forschen und fragen/* sc. prout immediate sequitur: *utrum vera certaq; sit res illa, & commissa talis abominatio in medio Israelis?* v. 14. His adeò processus inquisitorii omnibus accuratissimè observatis, si jam constiterit de veritate rei sic gestæ & talis abominationis patratae, sequitur (3) ipsa sententia poenalis: sc. 1. *de omni civitatis incolâ, citra sexus, ætatis, ordinis, discrimen occidendo & cum ipsius jumentis acie gladij internecioni devovendi.* (2) *De civitate vel urbe ipsâ omnig; ejus præda in medium civitatis comporata & comburenda, sic ut tota sit anathema & tumultus perpetuus, non deinceps readifi-*

re edificandus conf. v. 15, 16. 17. & ibidem finis tam terribilis supplicii respectu Dei & Israelis conf. v. 17. 18.

## LOCUS IX.

*Abusus hujus loci Papisticus.*

§. 1. Abutuntur h. l. Pontificii, in controversiâ de pœnis hæreticorum. Supponunt non esse præsumendum, quod Deus voverit minus cautum esse contra Pseudoprophetarum insidias gregi Christiano, quàm veteri Israelitico: atque adeo, si ante adventum Christi circa Deum colendum, obligarunt hæc præcepta de Pseudopropheta & seductore *sive manifesto, sive clandestino sine clemenciâ interficiendo, & exstirpandâ vel integrâ civitate, & hominum societate, si à religione avitâ desiscat, aut desiscentibus conniveat*, multò magis post adventum Christi talia servanda esse, ipsosq; sic hæreticos non ferendos: sed gladio seculari vel imperiali auferendos. Ita Sinnichius in Saulo exrege cap. 21. n. 85. idq; ipsâ praxi, eum alie tû inprimis sub Cærolo IX. *Laniena* San Bartholomæana *Parisienfis* a. 1572. quæ plusquâ 30000. civium leto demisit, & præter illas, quæ plurimæ antecesserunt, propior in Pedemontio *Laniena Sabaudica*, cujus Syllanâ tabulâ & Julianis edictis, asperior sententia die 25. Jan. a. 1655. publicata, & mox crudelissimè executioni est datâ, loqvuntur.

§. 2. Commendant hoc nomine *Macarium* Cæsaris delegatum, pro quo occidente Donatistas, apologiam scripserit *Optatus Milevitanus* in quâ *justificet factum Macarii, exemplis de veteri lege excerptis*, scilicet (1) *Mosis* ob Idololatriam vituli aurei 3000. hominum occidi curantis, (2) *Pinchasi*, ob interfectum uno ictu patradulterum, ipsius Dei encomium merentis (3) *Elie*, 450. Pseudoprophetas mactantis.

§. 3. Prolixius autem causam hanc egit, in libello de *unicâ religione, studio Catholicorum Principum in Republ. conservandâ*, Johannes Lensæus Doctor & Professor Theologus Lovaniensis, ubi inter alia, à Legibus pœnalibus V. T. ab ipso *sapientissimo Reip. conditore, & justissimo temperatore* latæ pœnam capitalem vel ultimum supplicium dicitur antibus in blasphemos, & ipsas civitates abominando falsorum Deorum cultu inquinatas, concludit ad jus pari modo gladium stringen-

id. in.

di in religionis novatores hereticos, non minùs blasphemos, quo nomine velut exempla talium hereticorum, post Arium & Manicheum, Calvinum allegavit & Brentium. Nonne, inquit, blasphemus Calvinus, qui omnipotentia derogans, fieri vel à Deo posse negat, ut quando in celo est Christi corpus, in altari quoque simul ad verba efficacissima Christi existat! Nonne Brentius blasphemus, qui in diversum tanquam tempestate delatus, quod divinitatis proprium est, ubiq; simul esse, nature in Christo humana adscribit: & collatis legibus Lev. 24. 15. 16. Qui blasphemaverit nomen Domini morte moriatur! ac presenti Deut. 13. 15. 16. Prophetam esse plectitor morte! Omnino occides illum! percuties habitatores urbis illius acie gladij, inde inquit, prospici clarissime potest quantà legum aequitate & quam justà earundem severitate mortis supplicium blasphemis hereticis irrogetur, sive, ut sigillatim è medio morte tollantur, sive, si se in unum collegerint, bello petiti deleantur. Hæc, & plurima talia loco allegato Lensæus.

§. 4. Equidem penes quam partem, utrùm nostram, an Pontificiam consistat hæresis, exquirere nunc, instituti ratio non permittit. Hoc verò, non minùs ac olim Paulus ad tribunal Cæsaris stans Confessor impavidus, conf. Act. 24. 14. fatemur, nos secundum viam illà, quam heresim dicunt, ita colere patrium Deum, ut credamus omnibus qua in Lege & Prophetis scripta sunt, & spem illam Apostolicam de resurrectione Catholicam habentes, & ad conscientiam sine offensam apud Deum & homines semper habendam nos exercentes Act. 24. 14. 15. 16. Si agatur ex regulà Synodicà Magni Constantini: Habetis doctrinam sanctissimi Spiritus, literarum monumentis præditam, ex his de rebus divinis agendum: allegataq; dignam tanti Cæsaris purpuram, ratione: nam libri Evangelistarum & Apostolorum, quin & Prophetarum veterum oracula nos evidenter docent, quid de divino Numine sit sentiendum. Omni igitur sediciosam contentionem depulsam, literarum divinitus inspiratarum testimonis res in questionem deductas dissolvamus. (vid. Acta Conc. Nic. Gelas. Cyzic p. 16.) non poterit non pro nobis iudicium dari absolutorium, quin si vel ex regulà agatur Vincentii.

§. 5. Plura enim, imò omnia nostra dogmata talia sunt, quæ ubiq; quæ ab omnibus, quæ semper credita: Pontificiorum quæ talium, vel quoad illa, quibus discernimur, nulla; cum & nostrum

stram credendorum regulam & principium, nostrum Judicem, nostri cultus religiosi objectum, nostrum redemptionis & intercessionis Mediatorem, nostrum Ecclesiæ caput & Monarcham, nostrum justificationis organum, nostra sacramenta, nostras Ecclesiæ notas, nostrum denique de statu post hanc vitam beatorum *cum Christo* in cœlo, & damnatorum *cum Diabolo* in inferno, dogma admittant Pontificii: non contrà, nos, quæ illi Catholicismo veteri apponunt portenta Tridentina.

§. 6. Sed & longè plurimis Scholasticorum & ipsis domesticis recentioribus, Pontificiorum, hypothefibus, ab hæresi absolvimur, quin vel *ab ipso Bellarmino*, agnoscente sanè Pontificiorum multos (quorum unus sit Johannes de turrecrematâ in *libro de Ecclesiâ*) nobiscum planè convenire, in principe Controversiâ de *veris Ecclesiæ membris*, ipsaq; *Ecclesiâ visibili vel invisibili*, ac contrà, nudum domi latus ostendente, per illas ab ipsâ veritate extortas assertiones: *summum pontificem posse esse occultum hæreticum*, & : *totum generale Concilium posse carere verâ fide*, & sive extra Ecclesiam esse, sive *arida saltem & mortua corporis Ecclesiæ membra*. Conf. Bell. *de infidelibus occultis* l. 3, de Eccl. mil. c. 10.

§. 7. Sed nec patitur institutum, Brentii Lensæiq; manes hîc committere. Si quod divinitatis proprium est, humanæ naturæ in ipsâ unione ex actu personali adscribere, blasphemum est, sive ipsi Pontificii, qui tale quid adscribunt, blasphemi sunt, sive si non adscribunt, *Nestoriani*, ac non minùs blasphemi. Si per veram ac substantialem adessentiam corporis & sanguinis Christi simul in omnibus & vel innumerabilibus locis, ubi sacramentum celebratur Eucharisticum præsentis, nullum veritati humanæ naturæ ipsiusq; corporis, ab Eutychianismo periculum, nec per omnipræsentiam à Brentio assertam dabitur præjudicium, vel ipso Zwinglio olim largiente, *si commonstrare Lutherus posset, corpus Christi simul & semel in duobus aut tribus esse locis, se ultrò concessurum, idem etiam ubiq; esse, eo quod aequè absurdum ipsi, idem numero corpus in 2. vel 3. locis, ac in omnibus locis esse*. Et sententia Brentii, non ex truncatis verbis: sed re ipsâ scopoq; considerata, ac ex scripturis intellecta vel cum illustribus scripturæ testimoniis e. c. Pl. 8, 5. 6. 7. 8. 9. Pl.

110. I. 2. Ephes. c. I. 21, 22. c. 4. 10. comparata, facillè absolvia Brentium, damnat Lensæum.

§ 8. Ceterùm, quàm à jure puniendi hæreticos capitaliter, sub Ecclesiâ V.T. ordinariè nō nisi nationalis. constante natione Judæorum, & arctioribus aded finibus limitatâ, ad jus irrogandæ hæreticis, quâ talibus, poenæ capitalis in Ecclesiâ N.T. toto terrarum orbe diffusa & cujus ager totus mundus est Matth. 13. 38. non valeat illatio, alibi docetur, ubi de hoc argumento ex professo agitur, unde & nulla talis edicti capitalis *δευτέρας* datur in scripturis N.T. in quibus iterū iterumq; Christus & Apostoli cavere jubent, avertari jubent, vigilare jubent, salutem non impertire jubent, conf. Matth. 7. 15. Act. 20. 29. 30. 31. 2. Tim. 2. 16. 17. 18. 2. Joh. v. 10. 11. occidere, vel *de vitâ* (prout ineptè Thomas illud Pauli: *Hæreticū hominem, post unam vel alteram vocatōem* s. *correctionem παραιῖ* s. *de vitâ* interpretatur Tit. 3. 11.) tollere, nō solū non jubent: sed & prohibent conf. Luc. 9. 54. 55. 56. Matth. 13. 29. 30. ubi non solū extirpatio violenta Zizaniorum (s. hæreticorum) *servis Patriæ familias, nescientibus, unde Zizania inter triticum, & cui illa imputanda?* prohibetur: sed & illis ipsis tolerantia Zizaniorum, vel ut & hæc & triticum crescere sinant, imperatur, ipsis autem *Angelis messoribus* in novissimâ illâ die, eadem sc. *ἡμέρᾳ τῆ θερισμῆ τῆ ἀφορισμῆ* i.e. *messis & segregationis Zizaniorum à tritico*, extirpatio reservatur: conf. ibid. v. 37. 38. 39. 40, 41. 42. 49.

§ 9. Si ager ille, in quo bonum semen sevit *Filius hominū, Zizania autem intersevit Diabolus, totus mundus est*, & adeo ubiq; & triticum datur ac dabitur, & inter triticum *Zizania*, idque ad *consumationē* usque *seculi*, s. novissimum diem, frustra mandatum Servatoris à Papistis, antecessore Thoma, restringitur ad illum casum, quo *extirpari Zizania non possint absque extirpatione tritici*, & supponitur adeo, contra mentem scopumq; Parabola & judicium Servatoris, dari in agro Dominico *Zizania à tritico segregam*, quæ sine periculo *tritici* extirpari à *servis* mortalibus vel potestatibus secularibus possint.

§ 10. Atque *Zizania* apparent & in illo ipso agro, & inter  
*triticum*

*triticum*, ac propterea extirpatio talis Zizaniorum judicatur fieri non posse à servulis, vel ipsis quoque Magistratibus Politicis, sine periculo tritici. Illis ad eò studium operamq; ad extirpandum expromptam offerentibus, per illud: *Domine vis, ut abeamus & extirpemus ea?* magnà voce respondit Autor *boni seminis, Filius hominis*: NON: quin opponit illud! *sinite crescere!* addit à utriusq; cum negativæ tum positivæ ratione: illius, tritici periculù, *ne extirpando Zizania, extirpetis simul triticum*, hujus, tempus extirpationi opportunum, & reservandum novissimo diei hæreticorum supplicium Ubiq; ergo & *Zizania & triticum*, & ubiq; in agro, qui totus mundus est, periculum, idemq; ex æquo, cum *Zizaniis & tritico*, ipsoq; agro, duraturum adusq; *consumationem seculi*, unde ad hunc ipsum usque novissimum diem, non solum, extirpatio talis Zizaniorum è medio tritici à Servatore prohibetur: sed & *tolerantia* Zizaniorù æquè ac tritici adusque magnum illum messis diem, velut in quo demum per *Angelos* præstanda illa *segregatio Zizaniorum à tritico*, imperatur, expresso Servatoris mandato: *sinite utraq; simul crescere usque ad messem & tempore messis dicam messoribus: Colligite Zizania, & colligate ea ad exurendum* conf. Matth. 13. 30. 39. 40. & seqq. Prout ergo Ecclesia N.T. toto orbe diffusa, & adusq; consumatione seculi est duratura, ita & ubiq; & semper *adusq; consumatione seculi* dabuntur & *triticum & Zizania*, & mandatum adeo illud Servatoris cum negativè v. 29. tum positivè v. 30. propositum, valet ubiq; & semper.

## LOCUS X.

*Chrysofomus consultus in controversia de  
pœnis hæreticorum.*

§. 1. Graviter in illud Servatoris responsum Commentator Chrysofomus notavit, quæ contra hypotheses exegeticas in h. l. Papisticas ipsamq; thesin de occidendo, Pontificiorum faciunt, quæ (1) in parabolâ illâ per *Zizania hæreticos* intelligi, & horum conciliabula vel *ovshuga* (2) Propterea nec *alia semina*, tritici fermenti immixta: sed *Zizania* memorari, quæ *tritico in speciem sine similima, Diaboli se. artibus fieri, ut veritati connexi vel inserti semper er-*

vores ipsâ similitudine veri fallant leviores, quomodo pulchrè Gela-  
sius omnem hæresin appellavit *ψευδαληθῆ*. (3) Sementem Ziza-  
niorû describi posteriorem semente tritici, & post hanc demû pul-  
lulasse, prout *Pseudopropheta post Prophetas, Pseudapostoli post Apostolos,*  
*post Christum Antichristus.* (4) Fraudulenter Diabolum, designatum  
per τὸν ἐχθρὸν ἀνθρώπων, dum triticum jam satum, jam actû radicibus  
propagatum, non potuit suffocare, nec urere, nisi esse sua dissemina-  
re. (5) Principium illius mali deberi *presulibus dormitantibus, ac*  
*pravos & κρυπτομένους αἰρεσιάρχους* s. hæresin occultantes *Viros ad gu-*  
*bernacula Ecclesiarum promoventibus.* Agnoscant hîc Pontificii  
fundi sui calamitatem, & cum ipsi ingenuè fateantur, Pontifices  
Romanos Sec. 9. & 10. parum de Ecclesiâ sollicitos, à pietate veterum  
planè degenerasse, quin vel à sordidissimis & potentissimis meretricibus in  
sedem Romanum intrusos suos *Amasios, sedisse in eadem longo ordine ho-*  
*mines monstrosos, vitâ turpissimos, moribus perditissimos, undiquaq; fæ-*  
*dissimos, desinant nobis illud Quando, & quomodo? objicere, quibus*  
*de tempore & modo nos percontantibus nihil aliud reponimus,*  
*quàm quod hîc in parabolâ habetur: Quum homines dormirent,*  
*venit inimicus, & sedit Zizania inter triticum & abiit.* Pulchrè ite-  
rum in h. l. Chrysostomus: *Adverte modum insidiarum Diaboli.*  
*Non parvum enim precipitii periculum imminet presulibus, quibus agro-*  
*rum custodia commissa est, (τῆς τῆς ἐκείνων Φυλακῆν εὐπιστευμένοις)*  
*si sint dormitantes & pravi homines. Οὐδὲ γὰρ πόνων δὲ τῶ Διαβόλου*  
*ὅτι ἂν ἐκείνους εἰς μέσον Φοιτῆσῃ. c.* Tunc tantò minùs laborandum Dia-  
bolo, ubi jam in Ecclesiâ tales *Prelatos implantavit, & obtinuit.* Tunc  
sc. facilis, ne opinantibus quidem hominibus, in apostasiam con-  
sumatam prolapsus est, qvalis illa à Paulo prædicta, cum revcla-  
tione magni Antichristi conjuncta 2. Theff. 2. 3.

§. 2. Notat idem Chrysostomus (6) designari hîc Diabo-  
lum per hæreticos seminantem, quos ad *pernitiosum venenum effun-*  
*dendû non aliud magis impellat,* quàm *κενοδοξία* s. *inanis gloria studi-*  
*um.* (7) Indolem hæreticorum & hæreseos hîc describi, quâ sc.  
*initio occulta serpat, usque dum favore multitudinis adjuta & animis au-*  
*cta contagiosa venena intrepida effundat,* prout hîc demum, *cum ger-*  
*minasset*

minasset herba, & fructum edidisset, tunc appaerunt Zizania v. 6. Notat (8) Ostendi simul hanc parabolam, non esse timendos hæreticos: sed Diabolum, cujus conatus quidem omnis adversus nos, causa autem atque origo, odium, quo in divinam majestatem fertur, qui proinde tunc demum, cum triticum satum diligenter vidisset, ipse seminarit, ut universo agricolæ labori officeret, & sic testas erga agricolam inimicitias faceret. Notat (9) in ipsis servulis agricolæ, sollicitudinem quidem ac studium erga triticum laudandum: sed non consilium imprudens, ex quo festinarint ad evellenda Zizania.

§. 3. Pergit Chrysoftomus (10) Dominus, inquit, prohibuit extirpationem violentam hæreticorum, idque eo fine, ut bella & effusionem sanguinis prohiberet. Nam, inquit, si trucidarentur hæretici, atrox & irreconciliabile bellum orbi inferretur, quæ tanti Patris, digna Episcopi mansuetudine sententia planè militat contra thesin, contra exceptionem superiorem Thomisticam & præxin Papisticam e. e. illam sub Alex. VII. lanienam Lucerno Sabaudicam. (11) Duabus rationibus Christum, armavisse illud interdictum extirpandi, quarum una, quia Zizania tritico parum nocerent ipsorum autem extirpatione noceret: altera, quia nisi sanarentur hæretici, & ex Zizaniis, purum Domino triticum fierent, tandem extrema supplicia evasuri haut essent: quippe ab Angelis in consumatione sæculi projiciendi in fornacem ignis, ubi erit fletus & stridor dentium conf. v. 41. 42. Unde ab illis, qui velint hæreticos puniri, & tamen frumentis s. illis qui sunt purum triticum Domino, nequaquam officii, illud oportunum extirpationis tempus à Servatore designatum s. τὸν καιρὸν καὶ τὴν καιρὸν expectari debere, & non imprudenter antevortii, quippe, si ante illud tempus arma capiantur adversus hæreticos, NECESSE SIT MULTOS SANCTORUM SIMUL INTERIMERE.

§. 4. Nec minùs pulchrè observatum Chrysoftomo est (12) vel propterea extirpationem illam violentam Zizaniarum vel hæreticorum interdictam, quia verisimile sit, ex ipsis Zizaniis (hæreticis) multos in triticum (s. veros credentes & Confessores) esse convertendos. Si ergo prævenientes servi Agricola illa evellerent (e. c. Paulum Pharisæum, antequam factus est Domino purum triticum) o-

omnia illa frumenta, quæ ceteroqvi ab illis Zizaniis in purum triticū converſis, vel immutatis expectanda fuiſſent, ipſi Filio hominis deperitura fuiſſent. Obſervatum Chryſoſtomo (13) Non prohibere Dominum conciliabula hæreticorum diſſipare, os illis obſtruere (ἐπιſτομί-  
 ζειν) libertatem dicendi illis concidere (vel prout Græcè plenius & elegantius habetur: ἐκκόπειν αὐτῶν τὴν παροησίαν, καὶ τὰς συνόδους καὶ τὰς ἀσυντάκτους ἀγαλῆσαι) ac, inquit, PROHIBET HÆRETICOS INTERFICERE, AC TRUCIDARE; Obſervatum (14) Agnoſcendum inde, quàm MITIS Dominus ſit, qui velit parci Zizaniis, quousq; unâ cum tritico in agro ſunt, quia & in tritici ſtatum commutari poſſint, & ſi hæc longanimitate Domini in melius ſ. in triticū non proſecerint, in evitabilem pœnam, ipſum ſc. ignem infernalem experturi ſint, ut a deo licet perſeuerent ad finem uſque ſæculi Zizania, nihil inde accedat ipſis lucri, nihil decedat ſupplicii, quippe cū ipſe iudicium illud diſcretionis inter Zizania & triticum ſit exerciturus, & in novifſimo die Meſſoribus Angelis imperaturus, quoad Zizania quidè, ut hæc colligant, & ad comburendum colligent, quoad triticū verò, ut in borreum Dominicum congregent.

S. 4. Ita ergò non agnovit Chryſoſtomus, ex hoc loco Moſaico Deut. 13. 5. 9. 11. de Pſeudopropheeta in medio Iſraelis ſurgente, apoſtaſiâ contra Dominū Deū ſvadente, de clanculario ſeducatore ad apoſtaſiam clam, hunc vel illum Iſraelitarum ſolicite ante, utroq; ſine clementiâ occidendo, vel in caſu integræ communionis per homines nequiſſimos, (לעלל) à cultu unius veri Dei, qui eduxerat Iſraelitas ex Ægypto, ad cultum Deorum alienorum ſimul impulſæ, ſeducæq; de univerſâ illâ civitate acie gladii percutiendâ & internecioni de vovendâ, argumentum, pro jure pœnarum capitalium in hæreticos, tempore N. T. nedum ut illa V. T. extraordinariè, & ex peculiari impulſu S. Spiritus, aſta illorum Tavmaturgorum Moſis, Elia, & Zelotæ Pinchaſi, agnoſceret exempla ordinaria, & in Eccleſiâ N. T. imitabilia, & argumentum pro perimendis gladio, vel, prout habet praxiſ Conſtantiensis, & inqviſitoria communis Papiſtica, exurendis hæreticis, præſentia.

S. 5. Agnovit latifundia Eccleſiæ novi T. cujus ager, totus mundus

mundus est, parem processum in *Zizania* vel *hæreticos*, non admittere, qualem lex divina Ecclesiæ V. T. quoad sacra publica angustis limitibus circumscriptæ in Pseudopphetas, sive *notorios* s. *clancularios*, & vel integras *civitates* Apostaticas præscripsit. Æstimavit vel ex ipsâ, etsi non Filio hominis, nec Evangelio: sed Diabolo & seculo ingrato *repellentem sermonem prædicatum, contradicentem ac blasphemanti* imputandâ, prævisâ tamen ipsi Filio hominis, & prædictâ conditione Ecclesiæ ac temporum N. T. conf. Matth. 10. 34 Luc. 12. 51. non solum non iteratam esse illam Legem Deuteronomii de pœnis capitalibus Pseudopphetarum: sed & extensionem illius legis Deuteronomii, ad hæreticos, in Ecclesiâ illâ, voce Servatoris, cum *negativè*, extirpationem talem *Zizaniorum* violentam absolutè interdicentis, tum *positivè* (per illud: *sinite, utra q;* *Zizania* sc. & *triticum crescere, usque ad messem, vel novissimum, eundemq;* *consumationis seculi diem!*) tolerantiam hæreticorum præcipientis, prohibitam esse.

§ 6. Æstimavit, & accuratissimè ponderavit illius de *non extirpando*: sed *crescere sinendo*, Dominici interdicti & mandati rationes, sc. (1) periculum *tritici*, quod huic minùs ex hæreticorum permissione, quàm extirpatione, imo periculum illud *tritici*, non solum in sensu composito, respectu illorum, qui jam *purum triticum* Domini sunt: sed & in sensu diviso, respectu illorum, qui ex *Zizaniâ* virtute gratiæ *triticum* Domini fieri possunt (2.) *tempus extirpationis & segregationis Zizaniorum* pœnalis, *oportunum*, demum futurum in consumatione seculi, ipsamq; illam extirpationem & segregationem pœnalem, ipsi *Filio hominis* reservatam, ad speciale hujus mandatum per *Messores Angelos* illâ demum die executioni dandam, ante quam adeo, *extirpacio Zizaniorum* violenta omnis intempestiva sit, sine exceptione temporum vel locorum, *tritico*, cum præsentis, tum futuro, noxia, ac tum inde, tum ex defectu talis specialis mandati, velut servis mortalibus non dati: sed *messoribus* Angelis, ipso *die novissimo* demum dandi, atq; adeo his unâ cum executione instantissimâ reservati, intermittenda.

§ 7. Non agnovit possibilem facilè talem casum extirpationis *Zizaniorum*, abstractæ à periculo vel extirpatione *tritici*, quia

ci, quin ex hypothesi interemtionis hæreticorum, agnovit necessarium securam interemtionem multorum sanctorum, atque adeo non admisit ridiculos illos, quiq; nimis crasse ostendunt latentem Perillum, casus Thomistico-Sinnichianos, sc. abstinendum esse tali exterminio hæreticorum, si (1) per hoc *periculum simul sit extirpationis Catholicorum*, si (2) *metuendum ex tali exterminio, transfugium Catholicorum infirmiorum in partes hæreticorum*, si (3) *in provinciâ hæretici fortiores sint ad resistendum, quàm Catholici ad exterminandum*, & adeo in casu *impotentia exterminandi à parte Catholicorum*, extra quos casus extirpandi & occidendi sint hæretici.

§. 8. Agnovit Chrysofomus, per extirpationem talem hæreticorum, & interimi præfens, & intercipi Domino futurum triticum, & committi adeo incomparabile plagium animarum. Agnovit, sine exceptione illorum casuum, talem carnificinam hæreticorum, facem quendam fore atrocium, & irreconciliabilem bellorum, & effundendi sanguinis Christianorum (de cujus quidem effati veritate testis esse poterit Gallia, Germania, Belgium, & universa ferè Europa) propter quæ pericula prævisa, Servator, utut non prohibuerit conciliabula hæreticorum dissipare, ipsosq; hæreticos jufferit vitare, prohibuerit tamen illos interficere ac trucidare. Agnovit crudelia talia vel cruenta Consilia magis convenire Antichristo, cujus illud oraculum: *Qui non adoraverint imaginem bestiar, occidantur!* Apoc. 13. 15. quàm Christo clamanti: *Discite à me, quod MITIS sim* Matth. 11. 29. & *parci volenti, non, occidi.* Hæc adeo omnia pulcherrimè Chrysofomus l. alleg.



*Ad Præcellentem*

DN. RESPONDENTEM

DN. JOHANNEM Krüf/

Solo natali Hamburgensem, SS. Theolog. Cultorem so-  
lertissimum, Amicum jucundissimum

*publicè*

In Scholâ Mosaicâ

In

DEVTERONOMIUM,

Respondentem

Ipsâ vesperâ sacra ascendentis in jubilo DOMINI

*A. O. R. clb. Lc. LXXIV.*

**S**ic dum Christigenæ nunc iterant sacrum  
Surgenti DOMINO, qui domitor potens  
Et destructor Averni  
Mortis pallida mors fuit

Plausus Angelicos inter & horridos  
Planctus tartareos, æthera transiens  
Et sublimior astris  
Cœli stelliferis globis

Conscendit DOMINUS flammivomum thronū  
Ad dextram residens ingeniti Patris  
Ostentatq; trophæum  
Captum morte crucis, Deo,

Tu *Mosen* resonas, & Canonem sacrum  
Fontanos latices: traditionibus  
Et vili pretiosum  
Quantum discrepet, asseris.

Tu sacras decimas signaq; temporum,  
Doctoris sceleri supplicium, notas,  
Magni Pseudoprophetae  
Seductoris Apostatae.

Quin si praevaleat jam spatiosior  
Flagrans impietas, in populum fluens  
Et diffusa per urbes  
Quam Zelota DEUS! doces

Poenas, haereticos, quae maneat, DEO  
Discernente Novi tempora federis  
Permittendoq; lappas  
Inter crescere triticum.

Hac de fonte mones, oris & aurei  
Doctorem cupido pectore consulens  
Tanta merce beatus  
Praestanti Juvenis fide.

Est desiderium curaq; non levis  
Scripturae. Studium, quod potes, addito!  
Turbet turba Tridenti  
Et vel turma Qviridium.

Tu de fonte bibas, hunc Canonem legas  
Nec spissis dubius te tenebris premet  
Error: sed duce luce  
Obscurum fugies chaos.

Te virtute sui Numinis imbuat  
Ascendens DOMINUS, non sine jubilis.  
Is donet tibi Flamen  
Quod donavit Apostolis!


PRÆSES














*Ad Praecellentem*  
DN. RESPONDENTE  
DN. JOHANNEM  
Solo natali Hamburgensem, SS. Theolog.  
lertissimum, Amicum jucundissim

*publice*  
In Scholâ Mosaicâ

In  
DEVTERONOM  
Respondentem

Ipsâ vesperâ sacra ascendentis in jubilo  
*A. O. R. cl. Lc LXXIV.*

**S**ic dum Christigenæ nunc iterant fac  
Surgenti DOMINO, qui domitor pe  
Et destructor Averni  
Mortis pallida mors fuit

Plausus Angelicos inter & horrido  
Planctus tartareos, æthera transier  
Et sublimior astris  
Cœli stelliferis globis

Conscendit DOMINUS flammiv  
Ad dextram residens ingeniti Patr  
Ostentatq; trophæum  
Captum morte crucis, D

Tu *Mosen* resonas, & Canonem fa  
Fontanos latices: traditionibus  
Et vili pretiosum  
Quantum discrepet, affe

